

PROF. HEINRICH BINNIUS

Fakultät	Juristische Fakultät
Geboren	1610 in Barum bei Lichtenberg/ Wolfenbüttel
Gestorben	1665 in Helmstedt
Kurzvita	Jur. Prof. d. Institutiones und Criminalia in Helmstedt (1651–1665);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Henricus Binnius Barumensis (04.09.1624)
Ehefrauen	Margarete Binnius geborene Struhe (1620–03.02.1692), Heirat 1649
Quelle	
GND	https://d-nb.info/gnd/10087441X
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-15-binnius

Lehrstühle

1651–1665 Lehrstuhl für Institutiones / Criminalia, Helmstedt

Vorlesungen (46)

Henricus Binnius D. publice perget in explicatione Institution. Imperialium, & absolutis Contractuum, Actionum, Interdictorum & quae eo pertinent, materijs, publicis lectionibus interpretabitur obligationes ex delicto descendentes: [...], Sommersemester 1652

[...] brevi quoque aperiet Collegium, Institution. privatum lectorium & disputatorium, Sutholtianum., Sommersemester 1652

[...] perget quoque in praelectionibus & disputationibus Sudholdianis privatis., Wintersemester 1652/1653

Henricvs Binnivs D. horis succisivis aget de Iudicijs criminalibus, tam privatis, quam publicis & Institutiones Iustinianae iterum ab initio publice incipiet: [...], Wintersemester 1652/1653

Henricus Binnius D. statim finito festo Paschatos ab initio incipiet publice interpretari Institutiones Imperiales. [...], Sommersemester 1653

[...] Disputabit quoque publice & privatim dissertationes Sudhodianas., Sommersemester 1653

Henricvs Binnivs D. perget in explicandis ijs quae libro IV. Institutionum Imperialium circa Civilia restant. Quibus absolutis, ad eundem librum IV. peculiare Collegium criminale aperiet. [...], Sommersemester 1654

[...] Habebit quoque alterum Institutionum Imperialium privatum., Sommersemester 1654

Henricus Binnius D. statim finitis ferijs, ab initio publice interpretari incipiet Institutiones Iustinianae. [...], Sommersemester 1655

[...] Ad quas exercitium disputatorium publicum ex Dissertationibus Sudholdianis instituet: pertextet quoque una atque altera Disputatione publica quae ex proxime habito Collegio Criminali restant., Sommersemester 1655

Henricvs Binnivs D. aperiet Collegium Criminale publicum. [...], Sommersemester 1656

[...] Privatim autem interpretabitur Institutiones Iustinianae & ad easdem insimul instituet exercitium disputatorium. [...], Sommersemester 1656

- [...] De una quoque atq; altera materia Iuris Civilis disputabit publice., Sommersemester 1656
- [...] Perget quoque sedulus in publico collegio disputatorio Sutholdiano. Disputabit insuper futuro semestri de Legatis, de Locatione & Conductione ut & de Ephyteusi., Wintersemester 1656/1657
- Henricvs Binnivs D. duos libros Institutionum Imperialium posteriores semestri futuro bono cum Deo absolvit. [...], Wintersemester 1656/1657
- [...] Aget quoque horis succiivis de Delictis [...] quam privatis. [...] Disputationes numero septem., Sommersemester 1657
- Henricvs Binnivs D. perget porro in explicatione Tituli de Actionib. eo modo, quo nuper incoepit. Aget quoque horis succiivis de Delictis tam publicis, [...]. Habebit insuper, quae in collegio Sudholdiano publico supersunt. [...], Sommersemester 1657
- Henricus Binnius D. p.t. ViceRector denuo incipiet Collegium Instituionum publicum. Et horis succivis publice aget de processu criminali. [...] Legit hora IIX matutina., Sommersemester 1658
- [...] Ad Digesta quoque instituet exercitium disputatorium privatum & quidem ordine Treutleriano., Sommersemester 1658
- Henricvs Binnivs D. quando quae libro IV. Institutionum Imperialium pauca adhuc restant, absolverit, easdem de novo incipiet, praemissa prius generali Iuris Historia. Horis insuper succisivis juxta Principale praeceptum de jure Criminalis aget. Legit publice hora octava., Sommersemester 1659
- [...] horis vero succisivis aget de Delictis, Eorumque poenis ex Digestis, Codice & maxime Constitutione Carolina, operam daturus, ut utrumque negotium hoc semestri proximo perficiat., Wintersemester 1659/1660
- Henricvs Binnivs I.V.D. perget in Collegio Institutionum publico: [...] Docet hora octava., Wintersemester 1659/1660
- Henricvs Binnivs D. quas nuper absolvit, iterum de novo incipiet, Institutiones Imperiales, easdemque publicae disputationi ordine subijciet secundum theses Sudholdianas. [...] Legit hora octava., Sommersemester 1660
- [...] Horis quoque extraordinarijs ad § final. Institut. de Iustit. & jur. de Iure publico aget., Sommersemester 1660
- Henricvs Binnivs D. publice exponet Ius Criminale horis Ordinariis: & primo aget de precessu Criminali, secundo de Natura cujusunque delicti, tertio de Poenis singulorum delictorum in Legib. praecipue Constitutione Carolina definitis. [...] Docet IIXa., Sommersemester 1661
- [...] Extra ordinem autem & horis privatis Institutiones Iustinianeas, quas diebus hisce publice absolvit, ad nonorum petita iterum interpretabitur. [...], Sommersemester 1661
- [...] Continuabit quoq. publice disputationes ad Instituta Sudholdianas., Sommersemester 1661
- [...] Disputabit quoque publice de una atque altera insigni Iuris materia., Wintersemester 1661/1662
- Henricvs Binnivs D. perget in explicandis delictis publicis & interpretatione Institutionum Imperialium & operam dabit ut utrumque opus proximo semestri absolvatur. [...] Docet hora IIX., Wintersemester 1661/1662
- Henricus Binnius D. Collegium Criminalie, quod ante semestre proximum absolvit, de novo iterum incipiet. In quo Bono cum Deo (I) aget de Processu criminali, (II) De Natura singulorum delictorum, tam Privatorum, quam publicorum. (III) De Poenis singulis delictis in Jure, maxime vero in Constitutione Carolina definitis. [...] Docet hora IIX., Sommersemester 1662
- [...] Sequetur V. Titulos priores ut & finalem libri IV. Institutionum Imperialium; ex Digestis & Codice additurus, quae in loco commode addenda videbuntur. Exercitium quoque disputatorium pro

Auditorium desiderio instituet., Sommersemester 1662

[...] Continuabit quoque Lectiones suas privatas ad praedictas Institutiones, [...], Wintersemester 1662/1663

[...] nec non disputationes Sudholdianas publicas., Wintersemester 1662/1663

Henricvs Binnivs D. perget in praelectionibus publicis ad Titul. VI. Libr. IV. Institut. Imperialium de Actionibus, & naturam singularum actionum ordine ulterius interpretabitur. [...] Docet hora IIX., Wintersemester 1662/1663

Henricvs Binnivs D. Institutiones Iustinianeas, quas paucos ante dies publice absolvit, de novo iterum interpretari auspicabitur: [...] Docet hora octava., Sommersemester 1663

[...] aget quoque horis extraordinariis ad Constitutionem Carolinam de Iure Criminali. [...], Sommersemester 1663

[...] Disputationes Sudholdianas publicas continuabit, operam daturus, ut quae restant, disputationes X. hoc semestri absolvantur. Perget insuper in laboribus ad Institutiones privatis, quos ante paucas septimanas coepit., Sommersemester 1663

Henricvs Binnivs D. lectiones publicas in Institutiones Imperiales justo ordine continuabit; [...], Wintersemester 1663/1664

[...] extraordinariis etiam horis Ius Criminale, prout nuper caepit, porro exponet, dabitque praeterea operam, ut quae adhuc restant ex Sutholdianis disputationibus, hoc ipso semestri absolvat., Wintersemester 1663/1664

Henricvs Binnivs D. Titulum VI. Libri IV. Institution. Imperialium de Actionibus forensibus exponet & ad methodum Iohan. Oldendorpii in Classibus usum ejus in praxi ostendet. Qua doctrina ad finem perducta ipsas Institutiones Iustinianeas auspicabitur. [...] Docet hora IIXva., Sommersemester 1664

[...] Domi suae privata opera ad nonorum desiderium Wesenbecii Paratitla ad Digesta maxime juxta Bachovii doctrinam breviter proponet. [...], Sommersemester 1664

[...] Perget quoque in habendis disputationibus Sudholdian. ad Libr. III. & IV. Institution. [...], Sommersemester 1664

[...] Exercitium insuper disputatorium ad Institutiones Iustinianeas instituet., Wintersemester 1664/1665

Henricus Binnius D. perget in exponendis Institutionibus Iustinianeis, quas nuper auspicatus fuit. Continuabit quoque Collegium Wesembecianum, operam daturus, ut illud ipsum proximo hoc semestri integrum absolvat. [...], Wintersemester 1664/1665

[...] horis autem extraordinariis, ut antehac consuevit, de Iure Criminali discursus publicos instituet, de commodis studiosorum nunquam non sollicitus., Sommersemester 1665

Henricvs Binnivs D. quam primum per adversam valetudinem licebit ad Lib. II. Institutionum explicationem progredietur; [...] Docet h. VIII matut., Sommersemester 1665

Dissertationen (17)

De juribus Majestatis circa profana constitutis, 25.10.1651. VD17 12:148716X

De successione ab intestato, 25.08.1652. VD17 23:254804U

De necessaria defensione, 31.05.1653. VD17 23:254808Z

De privatis delictis, 06.05.1654. VD17 23:247913H

De delictis publicis et quidem de illis quae vocantur carnis, 31.10.1655. VD17 23:251734V

De varii generis homicidiis (ex Inst. 4.18.5 et 6), 05.01.1656. VD17 23:254811C
 De furto, 12.01.1656. VD17 1:002857V
 De pignoribus et hypothecis, 06.09.1656. VD17 7:701290W
 De locatione conductione ut et de emphyteusi, 31.01.1657. VD17 23:251808M
 De legatis, 06.06.1657. VD17 23:254829V
 De renunciationibus successionum praecipue inter illustres nobilesque familias usitatis, 31.03.1658. VD17 1:010018C
 De cessione iurium sive actionum, 21.09.1658. VD17 23:254854B
 De mortis causa donatione, 22.12.1658. VD17 23:254846L
 De jurisdictione, 28.03.1661. VD17 23:254856S
 De statu regionum Germaniae et regimine principum summae Imperii reipublicae aemulo necnon de usu, autoritate juris civ. privati, quam hac in parte juris publici obtinet, 20.08.1661. VD17 3:603206Q
 De testamentis, 31.08.1662. VD17 23:254859Q
 De matrimonio, 10.01.1663. VD17 32:671708W

Beteiligung an Dissertationen (7)

Respondent in: Scheurl Heinrich Julius (Präses): De Natura Et Partibus Philosophiae Moralis Collegii Moralis Publici Dissertatio Prima , 18.04.1635. VD17 23:336006V
 Respondent in: Heinrich Julius Scheurl (Präses): De natura et partibus philosophiae moralis, 18.03.1635. VD17 23:336006V
 Respondent in: Johann Thomas Cludius (Präses): De feudorum origine, compileribus, autoritate, etymologia, definitione et variis divisionibus, 31.03.1640. VD17 3:683431H
 Respondent in: Johann Lotichius (Präses): De restitutione in integrum et ejus speciebus sex, 20.05.1640. VD17 23:253703B
 Respondent in: Heinrich Hahn (Präses): De jure patronatus ecclesiastico, 02.01.1645. VD17 1:007478R
 Respondent in: De legibus praecipue Romanis earumque praeeminentia, 21.01.1658. VD17 23:254851D
 Respondent in: De gravitate et necessitate juris criminalis, 01.05.1661

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	31.12.1652–28.02.1653
Text	Ratio Lectionum mearum publicarum proximo trimestri in Academiae Iuliae habitarum / Postquam mense Decembris superioris anni MDCLII in Collegio Criminali publico pertractavi ea, quae in genere pertinent ad criminalia; maxime vero ad Processum initio mensis Ianuarii ad Titulos IV priores libri IV Institutionum Imperialium coepi agere et publice legere de Delictis privatis quae eo mense absolvi, neque lectiones neglexi, praeter quatuor et quidem propter Dicasterium Principale Wülferbyti habitum septimana post Antoni / Mense Februario egi de Delictis Carnis prout e Del. maxime vero a Iulio Caesare recensentur. Egi autem de singulis speciebus singulatim, Tractationem illorum absolvi die IV Mensis Martii / Hoc a mense nullam

	lectionem intermisi / Absolutis delictis carnis die VII Martii coepi agere ad Titul. ultimum Libro IV. Institutionum de Delictis publicis quorum tractationem absolvi die XXXI Martii / Et ita finem huic Collegio Criminali publico imposui / Disputavi publice de Necessaria defensione / Signatum die VI April MDCLIII / Henricus Binnius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.1, 150
Zeitraum	31.03.1653–20.06.1653
Text	Ratio Lectionum mearum ab initio mensis Aprilis usque ad finem mensis Iunii 1653 in Academia Iulia habitaram / Postquam die XXXI huius anni absolvi collegium criminale / Publicum, die 18 Aprilis ab initio incepti Institutiones Imperiales et ab eo tempore usque ad diem VI Maii egi de natura et principiis Iuris prudentiae, nulla lectione neglecta / Die IX Maii ad Titulum III Librum 1 coepi agere de divisione personarum ex primo statu, quatenus sunt liberae, et servae ubi ex Iohanni Hermanno Stamm de Servitute ostendi, quem usum atque utilitatem hodieque habeat materia de servitutibus personarum / Absolvi illam materiam die XXVI Aprilis ad Titula III, IV, V, VI, VII et IIX / Subsecutae sunt feriae Pentecostes. Iis finitis septimana post Trinitatis legere non potui propter Dicasterium Guelphicum cui me interesse oportuit / Duabus subsequentibus septimanis celebrati sunt actus solennes Doctorales et Magistralis, ut et nuptiales academici, qui impedimento fuere, quo minus per illos dies officium fecerim / Semotis illis impedimentis ad Lectiones publicas reverti / et die XX Iunii caepi interpretari causas patriae potestatis, iustas nimirum nuptias, Legitimationem et adoptionem / Quam materiam absolvi die IIX. mense Iulii / Et haec quidem elapsi proximo trimestri / Scribebam die V. Iulii 1653 / Henricus Binnius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.1, 64
Zeitraum	08.07.1653–10.10.1653
Text	Ratio Lectionum mearum superiori trimestri in Academia Iulia habitaram / Postquam die IIX mensis Iulii causas patriae potestatis iustos nimis Nuptias, adoptionem et Legitimationem absolvi / die XI eiusdem mensis coepi interpretari materiam tutelarem, quam Augusti XIX ad finem perduxit / Ea absoluta, die XXII ad Librum II coepi agere de modis quibus Iure Naturali seu Gentium res et earum dominia acquiruntur / Cui doctrinae finem imposui die XVI Septembris / Die XIX porro eiusdem materiam Servitutum explicare incoepi, quam finivi die VII Octobris / Duas tantum lectiones in hoc trimestri propter valetudinem minus firmam intermisi / Signatum die X. Octobris MDCLIII / Henricus Binnius Doctor
Quelle	
Zeitraum	07.10.1653–20.12.1653
Text	Ratio Lectionum mearum Octobris, Novembris et Decembris mensibus MDCLIII in Academia Iulia publice habitaram / Postquam die VII mense Octobris MDCLIII absolvi materiam de Servitutibus Libro II de X. eiusdem coepi agere act. Tituli VI et VII dicti Libri de modis quibus Iure Civili res aequirimus, usucapione scilicet et Donatione. His ad finem perductis, subieci Titulos: quibus alienare licet vel non et per quas personas cuique acquiritur. /

Addidi postmodum insignem de Testamento et quae eo pertinent item de legatis / Fidei commissis et Codicillis materiam / Cui toti materiae Testamentariae finem imposui die XX. Decembris MDCLIII / Propter necessaria impedimenta aliquot Lectiones ordinarias hoc trimestri intermittere coactus fui, quos tamen horis extra ordinariis ex parte compensavi / Helmstadt, die IV. Ianuaris MDCLIV / Henricus Binnius Doctor et Institutionum Professor Publicus

Quelle 37 Alt 204, H.1

Zeitraum 09.01.1654–16.03.1654

Text Lectiones publicae habitae MDCLV [falsche Datierung, vermutlich 1654 gemeint] / a Iacobo Tappio Medicinae Doctore et Professore publico / Mense Ianuario / Die IX et X Ianuarii disseruit de motu animali naturalis eiusque causis / Die XII Caepit agere de motu non naturali sive de privato / Die XIII Schoningam ad aegrotantem uxorem Domini Superintendentis vocatus est / Die XVI Illam quaestionem an convulsio et morbus convulsivus inter se differant, examinavit / Die XVII Hippocratis sententiam de causis convulsionis proposuit / [v] / Die XIX Novus ProRector renunciatus est / Die XX Quid Galenus et Philotheus de causis convulsionis statuunt, recensuit / Die XXIII Consistorio publico hora X interfuit / Die XXIV Iussu senatus academiae Wolferbytum profectus est / Die XXVII Domum rediit / Die XXX Ad Uxorem Nobilissimi G. A. a Munchhaus gavissimo morbo laborantem vocatus est / 106r / Mense Februario / Die II Februarii Festum purificationis Mariae fuit celebratum / Die III Disputationem inauguralem habuit de Iliaca passione / Die VI Non compaverunt Auditores / Die VII Recentiorum Medicorum opiniones de causis convulsionum enarravit / Die IX et X Eorum argumenta Hippocratis sententia opposita examinavit et refutavit / Die XIII et XIV Quae ratione ex repletionem convulsio oriatur explicavit / Die XVI Etiam Ex inmissione [?] non naturali convulsionem produci ostendit / [v] / Die XVII Ad obiectiones Sennerti respondit / Die XX Egit de convulsionum differentiis, et primo de universali totius corpori convulsione eiusque speciebus / Die XXI Historias et Exempla Tetavi, Emprothozoni et Opithotani enarravit / Die XXIII Disputatio inauguralis iuridica fuit habita / Die XXIV De particularibus convulsionibus caepit agere et in specie de spasmo Cyrico sive Ritu sarduio [?] eiusque causis sermonem fecit / Die XXVI Ad Nobilissimam viduam a Steinbergk aegrotantem Westerhagen adiit / Die XXVIII De dentium stridore et Respiratione allisque [?] sive subsingultu eiusque causis egit / [107r] Mense Martio / Die II de Vomitus morbo tam critico quam symptomatico egit / Die III Vomitus extra morbum orti causas exposuit / Die VI De singultu eiusque causis externis sermonem habuit / Diebus VII et IX singultus causas internas explicavit / Diebus X et XI Historias medicas singultus morbi enarravit / Die XIII De spasmo flatulento egit / Die XIV Dominus Rachelius habuit orationem valedictoriam, hora X. / Die XVI Halberstadium, ad Nobilissimum Dominum Georgium Eberhardum a Mönichhausen gravi morbo decumbentem accitus abiit / Reliqui dies huius mensis sacris Passionis et Resurrectionis Domini meditationibus sunt destinati.

Quelle 37 Alt 204, H.1, 105-107

Zeitraum 29.09.1654–23.04.1655

Text Ratio Lectionum mearum a Festo Michaelis MDCLIV usque ad Festum Paschatos MDCLV habitarum / MDCLIV / Postquam paulo ante festum Michaelis 1654 publice absolvi Institutiones Iustinianaeas / die XII Octobris incoepi Collegium Criminale publicum et hoc mense Octobris egi de processu Criminali / Novembris / In qua Materia perrexi quoque sequenti mense Novembri, quo eam quoque ad finem perduxi / Decembris / Initio Decembris coepi agere de delictis privatis, quam materiam ante Nativitatis Festum fere absolvi / MDCLV / Finito eo die IX Ianuario MDCLV addidi, quae de hac Materia restabant / Ianuario / Et perrexi ad materiam quae de delictis Carnis agit: quam hoc mense magna ex parte ad finem perduxi / Februario / Initio mensis Februarii per aliquot dies propter luctum domesticum legere non potui / Die XII eiusdem coepi agere in praedicta materia/ quam finii die XXIII Februarii / Martii / Die V Martii reliqua delicta publica quae non carnis vocantur interpretari aggressus sum / quam Materiam pro instituti ratione pertractavi et ad finem perduxi XXX Martii / Subsequenti septimana propter dicasterium Gvelphicum legere non potui / eam deinde exceptit passionis dominicae hebdomas / Disputavi quoque de delictis privatis, et quae vocantur Carnis / Helmstadi die XX III Aprilis MDCLV / Henricus Binnius Doctor

Quelle 37 Alt 204, H.2, 37

Zeitraum 31.12.1654–30.11.1655

Text A Mense Ianuario Anni MDCLV / quum Schedulas Lectionum mearum, quas iam tum statutis temp. Dn. Dn. Decanis misi, perisse intelligam, et easdem denuo edere iubear, summatim easdem recensere cogor, uti quidem ex libro programmatum meorum easdem deprehendo / Singulorum enim mensium rationem reddere post tantum tempus plane non possum. Testor vero vi iuramenti, quod Serenissimis nostris Principibus et Legibus Academicis dixi, me a mense Ianuario Anni MDCLV sequentes lectiones tum publicas tum privatas habuisse / Mense dicto et ultra eum publice absolvi opus Nicomachicum Aristotelis, nec non privatim Disputationes Beati Horneii Ethicas, quas XVII Septembr. Anni MDCLIV inchoaveram / Sub finem Februarii Introductionem in omnia Scripta Aristotelis Civilia publice prolegi in gratiam eorum, qui diu in Academia commorari non possunt; et prolixè veram Methodum Aristotelis ipsis ostendi, qua in scriptis Civilibus usus est et summa capita omnium illius argumenti librorum indicavi Quo labore absoluto Philosophiam stoicam aggressus sum deque eius origine, progressu, cultoribus, Codicibus, cum reliquis sectis Cynica potissimum, Peripatetica, Platonica, Pythagorica, Epicurea Convenientia, nec non cum iure Civil, cuius Cultores plerique Stoicae Secatae dediti fuerunt, ex verbo revelato divino prolixè egi / Item de Differentia, quae inter Peripateticam et Stoicam intercedit, et utra harum propius ad sacram scripturam accedat. Post Epicteti / [v] / Enchiridion interpretatus sum, et secundum illius ductum pleraque Stoicorum decreta explicavi, et cum sententiis peripateticorum contuli / Subinde libello Plutarchi, quem de Stoicorum dogmatibus fecit, explicato vel refutato. / Interea domi mea politicam Aristotelis docui: eiusque Libros Politicos publicis Disputationibus subieci; ut programmata ostendunt, quae tamen omnia ob negligentiam Respondentium non adsunt / Publicas Disputationes de Iustitia et Iure / De Heroibus et Iure Naturali, quod inter liberos ex parentes intercedit habui / Εγγχειριδιον Epicteti in usum iuventutis

recuti forma paulo maiori curavi / Quem laborem produxi usque ad XX Iulii / XXIII Eiusdem mensis profectus sum ex impetrata a Directore Magnificentissimo venia ad Acidulas Vildungenses a quibus redii sub finem Augusti / Septembri Disputationi inaugurali, utrique examini tum Iuridicae tum Philosophicae Facultatis, Dicasterio Aulico Guelphico cui tum primum initiabar, nec non apparatus mearum Nuptiarum impendi, et ob has causas a publicis et privatis lectionibus abstinere coactus sum / Omnibus illis solennibus finitis sub initium / [32] / Novembris ad Epicteti et Stoicorum dogmata redii illisque finem imposui / Domi mea iterum XVI Decembris privatim Collegium Ethicum aperui / Peractis vero feriis Natalitiis publice de genuino modo Philosophandi in practicis disciplinis prolixè egi, et nonne is ab Aristotele sit observatus, ex scriptis eius inquisivi / Vitamque eius studia et adminicula proficiendi et varios eius Codices eorumque qui hodie supersunt, versiones scabras pariter et felices indicavi / Post sub finem Martii ipsum textum operis Nicomachici aggressus sum, et ex illis Principiis, quibus eum superstruxit, deduxi / Et in primo eius Libro iterum omnium sectarum, quarum nomina et opiniones quidem nota sunt, sententias de ultimo illo quem homo intendere, et ad quem omnes suas actiones referre debet, examinavi, et cum placitis Aristotelicis, nec non Servatoris nostri doctrina contuli quum is fons sit, ex quo omnia honesta et totus virtutum ambitus, leges, paenae et supplicia fluant / Et ita me gessi, ut singulis Mensibus librum ad finem perducere possem / Pervenì itaque ad Librum V. Ethicorum in cuius / [v] / Capite VI iam haereo / Nullam horam pratermisi, nisi quam vel feriae statutis concesserunt vel solenitates publicae eripuerunt / Semel Dernburgum ad susceptionem infantis ex Baptismate bis Guelpherbytum, semel quidem ad Serenissimum Principum Franciscum Carolum Ducem Saxo-Lauenburgicum, semel ad Dicasterium Aulicum evocatus sum / Collegium examinatum moralium adhuc domi mea continuo / Textum operis Nicomachici caepi Disputationibus Publicis subiicere, uti Programma ostendit; Verum Respondentes Hactenus defuerunt / Ioannes Eichel Moraliu Professor Publicus

Quelle 37 Alt 204, H.2, 32

Zeitraum 30.03.1655–21.09.1655

Text Ratio lectionum in Academiae Iulia a Festo Paschae usque ad Michaelis 1655 habitatum / Ab Henrico Binnio Institutionum Professore Publico / Postquam die 30 Martii anni currentis absolvi collegium Criminale publicum finitis Paschae Feriis die 17 Maii 1655 incoepi de novo Collegium Institutionum Imperialium / In quo Collegio ubi semper utile et necessarium visum fuit / illis diebus, quae hoc mense Aprili superfuerunt, ut et toto mense Maio egi de Origine et historiae Iuris Romani ut et de methodo id ipsum commode addiscendi / Propter curam valetudinis circa initium mensis Maii Vno atque altero die non legi / Iunius A die huius mense 3 usque ad 9 Feriae Pentecostales, subsequenti septimana / Iudicium provinciale Guelferbytum / Cui a die II Iunii usque ad diem 16 interfui / Ideoque hisce diebus publice non legi / Die 18 huius mensis Iunii coepi ipsum Institutionum Imperialium textum, perduxi hoc mense et quidem die dicto 18 usque ad eius finem nulla intermissa lectione, ea quibus agitur de Natura ac Principiis Iurisprudentiae item de personarum ex primo statu divisione / [Spalte 2] / Iulius Porro die 3

Quelle	huius mensis Iulii incoepi publice docere de causis paternae potestatis Nuptiis § 3 Adoptione et Legitimatione ad Titulum X et XI / Egi quoque de potestate patria ad Titulum IX Institutione libri I Quam materiam integram absolvi hoc mense Iulio nulla lectione extra Academiae Solennia intermissa et si forte quae intermissa sit, eam compensavi, diebus feriatis :I des Mitwochen oder Sonnabendt /: in quo testor Auditoris / V./ Augustus / Finitis causis patriae potestatis, die mense Augusti ad titulum 13 incoepi agere de Tutela et sedulo operam dedi, ut hoc mense hanc tutelae et Curae materiam totam absolverem, quod ipsum etiam auxiliante Deo, perfeci / Nulla lectione intermissa, nisi solennis aliquis Academiae actus, vel valetudo impedierint / VI September / Die 6 huius mensis interpretari agressus sum Librum Institutionum Imperialium II. et egi de iure rerum et quomodo res tam de iure Naturali quam Codice eorumque domina acquiratur / Finii tractionem illam die 21 Septembris Disputavi publice de Delictis Carnis / Designatus die 2 Octobris 1655 / Henricus Binnius Doctor / Institutionum Imperialium Professor Publicus / [mit anderer Hand:] sequitur sequenti pagina a mense Octobri
Zeitraum	12.10.1655–25.03.1655
Text	Novembris, quo eam ad finem perduxì / Initio Decembris exorsus sum agere de Delictis privatis, quam materiam ante Nativitatis festum fere absolvi / Finito eo, die IX Ianuario MDCLV addidi quae de hac materia restabant et perrexi at materiam delictorum Carnis, ut vocantur, quam hoc mense magna ex parte ad finem perduxì / Initio mensis Februario propter luctum domesticum legere non potui. Die autem XII eiusdem coepi pergere in praedicta materia, quam finii die XXIII Februario / Die V Martii reliqua delicta publica, quae non Carnis sunt, interpretari aggressus sum, quam materiam pro instituti Racione breviter quoque pertractavi et ad finem perduxì die XXX Martii / Subsequenti septimana propter dicasterium Guelphicum legere impeditus fui, quam deinde excepit passionis Dominicae hebdomas / Disputavi quoque de Delictis privatis et Carnis / Helmstedt die XXIII April MDCLV Henricus Binnius doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 28
Zeitraum	25.12.1655–31.03.1656
Text	Ratio lectionum mearum in Academia Iulia a festo Nativitatis 1655 usque ad festum Paschae 1656 habitatum / Postquam die 21te Decembris 1655 absolvi Materiam contractuum in genere / MDCLVI / finito Nativitatis festo / Ianuario / die 10te Ianuarii 1656 coepi agere de contractibus in specie, cui doctrinae finem imposui die primo Februarii / Nullam lectionem in hoc mense intermisi / Februario / Die 4 Februario coepi agere de quasi Contractibus, cui materiae deinde subieci Titulum de modis solvendi obligationem, quem absolvi die II Februario / Die subsequenti 12te coepi interpretari Titulum de actionibus et quidem ex Cachovio, sive secundum notas eius / Finem hiuc doctrinae imposui cum fine huius mensis / Propter adversam valetudinem et aeris intemperiem Vnam atque alteram Lectionem in hoc mense intermittere coactus sum / Martio / Die 4te Martii perrexi in reliquis, quae restant libro IV Institutionum Imperialium quas die 31 Martii ut testabuntur Auditores, anno nondum elapso, absolvi / Materia tamen delictorum in proximum Collegium publicum reservata / Signatum in Academiae Iulia die 31 Martii 1656 /

Quelle	Disputavi publice de varii generis homicidiis / Henricus Binnius Doctor 37 Alt 204, H.2, 36
Zeitraum	31.03.1656–29.09.1656
Text	Ratio lectionum mearum a Festo Paschae usque ad Michaelis 1656 in Academia Iulia habitarum / Die XXXI Martii huius anni publice absolvi Institutiones Imperiales / Ex eo tempore statim in gravem, ut novunt Domini Collegae incidi morbum, quo per mensem Aprili et Maium lecto decubui. Legere itaque non potui / Statim ubi potui per Dei gratiam et meliorem valetudinem pedem domo efferre, die XII Iunii incepti Collegium Criminale publicum / In quo hunc observavi ordinem / Primo egi de processu Criminali inque eo De Iudice et Res quatenus habet forum Criminale, et qualis debet esse Iudex iuxta ordinationem Carolinam et quomodo procedatur contra Criminis Rerum per inquisitionem, denunciationem et accusationem Titulum X de accusatione inquisitione et denunciatione / Iulius / Secundo egi de eo, quid faciendam sit Iudici, postquam de delicto informatus est / Unde Captura / Ubi de indiciis et carcere, qualis iuxta Leges ille esse debeat / Qui carcerari possunt, qui non. / Augustus / Tertio de modis, quibus probatur delictum scilicet vel per Confessionem, per testes, per Torturam / Quarto egi hac occasione de Tortura et eius Iudiciis / Post hosce probandi modos quinto egi de poenis, quae constitutae sunt tam Iure Civile, quam Constitutione Carolina / Circa quos exposui libri 16 tit. [?] de poenitentia ubi agitur de variis circumstantiis, quae poenam vel aggravant, vel minuunt / Haec de porcessu / [v] / Illo finito, egi Sexto de delictis eorumque natura in genere / Septimo de privatis in specie veluti de 1 Furto, 2. Rapina, 3 Damno iniurio dato, 4. Et iniuriis / Septembri non completus / Octavo egi de delictis publicis, quae sunt vel Carnis, vel non Carnis / Et singulariter de singulis, ita quidem ut primo viderim cuius cunque delicti Naturam, deinde poenam / Finem imposui hunc Collegio publico Criminali die XII Septembri / Disputavi hoc trimestri publice de Furtis / Praeter hasce lectiones publicas privatim caeterum in loco publico Consveto docui institutiones Imperiales / Quod Collegium incepti die IIX Iulii huius anni / Librum secundum absolvi die XV Septembris / Institui ad hoc quoque Collegium ex Sudholdio exercitium disputatorium / In quo quinque disputationes sunt editae hactenus publice / Curavi quoque typis excudi in duabus tabellis Rubricas Codicis Iustinianei, in quibus difficiliores terminos breviter tamen exposui meis auditoribus / Pergam nunc imposterum, Deo volente, in illo exercitio, tam lectorio, quam disputatorio / Scriptum die XVIII Septembris MDCLVI / Henricus Binnius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 36
Zeitraum	06.10.1656–30.10.1656
Text	Trimestre / Ratio lectionum et disputationum mearum a Festo Michaelis usque ad Festum Nativitatis in Academia Iulia habitarum / (I) Mensis Octobris MDCLVI / Paulo ante Festum Michaelis absolvi Collegium Criminale publicum testante supera Scheda / Finitis Feriis, die VI. Octobris incoepi publice interpretari librum III. Institutionum Imperialium et quidem eam materiam, quae tractat de successione ab intestato / Circa quam priimum exposui Ius vetus et quidem et novem Titulos prioribus libris III / Quam materiam circa finem huius mensis die scilicet XXX. absolvi / Propter adversam Valetudinem

- Quelle
 duas tantum lectiones in hoc mense intermisi et quidem die 23 et 24 / Reliquis omnibus legi / Disputavi publice in hoc mense his / (I.) De pignoribus die XI. Octobri / (II.) De Rerum divisione et acquirendo eorum dominio die XVIII. Octobri / Ex Sudhold / Signatum die XXXI Octobri MDCLVI / Henricus Binnius 37 Alt 2489, 22
- Zeitraum
 04.11.1656–29.11.1656
- Text
 (II) Mense Novembri MDCLVI Die IV. huius mensis exorsus sum explicare Ius successionis ab intestato novum. / Quod cum in Novella CXIIX tanquam in tabula breviter contineatur, exposui illam Novellam et exinde rets [?] succedentium Ordines ab intestato, nimis. Descendentium Ascendentium et Collateralium / Addidi quoque praecipuas quasdam Codicis Leges, cumprimis huc facientes / Finem imposui horum expositioni die XXI. huius mensis / Quia a praeter tres illas succedentium Ordines, qui ex sanguine esse dicuntur, sint et tres alii qui ex lege sunt: / Coniugum scilicet, Fisci et Ecclesiae, egi quoque de illis breviter et quidem usque ad finem huius mensis a Propter certa impedimenta tres lectiones intermisi in hoc mense / die scilicet II, XVII, et XXV huius mensis reliquis omnibus legi / Disputavi his publice in hoc mense ex Sudhold. / (I.) De Servitutibus realibus et personalibus die XXII. Octobris / (II) De Usucapionibus et Donationibus die XXIX. eiusdem. / Scriptum die XXX Novembri 1656 / Henricus Binnius
- Quelle
 37 Alt 2489, 23
- Zeitraum
 02.12.1656–19.12.1656
- Text
 (III) Mensis Decembris MDCLVI / Die secundo huius mensis coepi agere ad Titulum X libri III. de bonorum possessione prout nimirum haec est modus, quo per Universitatem rem acquirimus / Cuius materiae tractaioni finem imposui die XII. huius mensis / Die[bus] XV et XVI ad Titulum XI egi de arrogatione, prout illa itidem est modus acquirendi rem Universalem / Die XIX ad Titulum XIII. libri tertii Institutionum Imperialium docui insignem materiam de Obligationibus, tam voluntariis, quam involuntariis / Et quia earum prima causa e Contractus, caepi de eo in genere agere die XIX huius mensis / Ubi propter Feria substiti / Huc usque autem in hoc mense nullam lectionem intermisi / Disputavi hoc mense his publice ex Sudhold : / (I.) De modo testandi et persona testantis die X Decembris / (II.) De Institutionibus et Substitutionibus haredum die XX eiusdem. / Scriptum die XXXI Decembri 1656 / Henricus Binnius
- Quelle
 37 Alt 2489, 24
- Zeitraum
 31.12.1656–28.03.1657
- Text
 I. Ratio Lectionum et Disputationum mearum à Festo Nativitatis MDCLVI usque ad Pascha MDCLVII in Academia Iulia habitarum / MENSIS IANUARIUS / Ante Festum nativitatis die XXII Decembris absolvi doctrinam de contractibus in genere / Finitis Feriis, die IIX Ianuario MDCLVII coepi agere de contractibus in specie ad Titulis XV, liber III. Institutiones. Et quidem ad ductum Petri Nicolai Mozzii d. contr. ita ut ostenderim Auditoribus I) Substantiam cuiusque contractus II) Eius naturam III) Accidentalibus et IV) quaenam ex singulis oriatur Actio / Absolvi hoc mense Ianuario contractus reales ut et Verborum

Quelle	obligationem / Propter impedimenta tres lectiones intermisi die 13, 26 et 28 / Disputavi his publice ex Sudholdio / 1) De modis, quibus testamententa iure facta rescinduntur die VII Ianuario / 2) De Legatis, Fidei commis et codicillis die XXI Ianuario / [v] / II MENSIS FEBRUARIUS Die Februarii V exorsus sum explicare ad Titulum XXIV liber III Institutiones Imperialum contractus consensuales, et eo quidem modo, quo superiori mense contractus reales. Quam doctrinam absovli die XXIII huius mensis. Adieci reliquis dictus quasi contractus ad Titulum XXIX / Die III huius mensis propter infirmam valetudinem legere non potui, reliquis diebus omnibus legi / Disputavi hoc mense publice de Locationum conductione ut die emphytensi die XIV / [12r] / müsten nach getragen werden vom 2. Diputatio Sudholdia 2. [...] / [12v] / Die Monat Zettel von Ian., Febr., Marti. item gehalten disputatio so ad Magnifico [...] / [13r] / III) MENSIS MARTIUS / Die II huius mensis et reliquis aliquot sequentibus egi ad Titul finem liber III de modis, quibus tollitur obligatione. Finem huic doctrinae imposui die IX. Die X Incoepi interpretari insignem de Actionibus Titulum cuius cum magnis usus sit in toto Iurciperæ pretium duxi, accuratius illam materiam pertractare et quasi peucliavi collegio publico. In quo ad Textum prædicti tituli maxime secutus sum Bachovum Tract de actione quo ad theoriam, quo ad Praxin vero SchnadeWin. Egi autem primo de natura actionis in genere, in qua doctrina substiti die XIII huius mensis. / Die XVI Profectus sum Wulferbiitum ad Iudicium Provinciale qua propter hac septimana post Iudica ub et sequenti, qua de passione Domminica agitur, non legi. Disputavi his hoc mense septimana ex Sudholdio 1) De Successione ad Intestato ex Sudholdio 2) De obligationibus pactis et contractibus in genere die XXVIII / Henricus Binnius doctor 37 Alt 2490, Fol. 11 ff.
Zeitraum	01.04.1657–08.06.1657
Text	Ratio Lectionum et Disputationum mearum à festo Paschatos MDCLVII. Usque ad Iohannis in Academici Iulia habitarum. / 1 APRILIS / Festo Paschæ et feriis finitis, die VI huius mensis perexi in explicanda Actionem materiam et postquam mense Martio superiori, ultimo loco egerim de actionibus in genere, dicto iam die coepi agere de Actionibus in specie et quidem ad § 1 et aliquod sequentes de prima earum divisione, qua dividuntur in reales et personales. De qua divisione, cum insignem habeat usum, Late per integrum fere hunc mensem egi / Propter curam minus firmæ valetudinis die XVII et XX non legi. Quas duas tamen Lectiones horis extraordinariis compensavi. Quod testabuntur Auditores / Die XXVII Huius mensis ad § XVI incoepi interpretavi alteram divisionem, qua dividuntur in Rei et Poenæ persalutarias. Et legi die XXIX et XXX / [v] / II. MAIUS / Perexi in expositione huius divisione die I, IV et V mensis Maii secundus enim fuit dies Saturni et tertius dies Sabbati. Egi autem his diebus ad § XVII, XIIX, XIX et XX. Sextus fuit dies Mercurii et Septimus adscensionis dominicæ. Die IIX aggressus sum explicationem divisionis tertiæ, qua actiones conceptæ sunt in simplum, duplum triplum, quadruplum, ad § XXI, XXII, XXIII, XXIV, XXV, XXVI et XXVII quam materiam absolvi die XIII huius mensis. Quo ipso die incidi in gravem morbum Splenticum, qui non tantum per Festum Pentecostes, sed per reliquos etiam dies huius mensis me ita affixit, ut in publicum prodire et Legere non potuerim / [10r] / III IUNIUS / Idem de quo antea dixi, morbus et huius mensis

Quelle	<p>primis aliquod diebus impedimento fuit, quo minus publice legerim. Collectis paulatim Corporis viribus, die IIX huius Mensis per Dei gratiam ad rem iterum accessi et ad § XXIX tituli de Actionibus quartam earum divisionem exorsus sum exponere. Qua dispescuntur in Actiones bonae fidei et stricti Iuris. In cuius materiae recitatione, cum Late pateat, et valde sit insignis, occupatus fui per integrum fere hunc mensem et quidem usque ad diem XXIII. Propter recurrentem morbum Unam atque alteram Lectionem intermittere coactus sum / Die VI huius mensis publice disputavi de Legatis / In collegio Sudboldanio disputavi, quo ad XIII. usque perveni, hoc semestri pergere non potui propter infirma corporis Latera. Quae si futuro, uti spero, fuerint firmiora, quae ommissa sunt, diligenter compensabo / Scriptum Kalendaris Iulii MDCLVII / Henricus Binnius doctor</p> <p>37 Alt 2490, Fol. 9 f.</p>
Zeitraum	09.07.1658–02.10.1658
Text	<p>RATIO LECTIONUM MEARUM TRIMESTRIUM À FESTO IOHANNIS MDCLIX USQUE AD FESTUM MICHAELIS HABITARUM / MENSIS IULIUS / Infio huius ad librum secundum Institutionum egi de secundo capite Iurisprudentiae nimirum de rebus et earum qualitate, item quomodo rerum dominia rite acquiruntur tam Iure Naturali quam Civili. / Propter negotia Academica in hoc mense bis non legi die scilicet IX et XIX. / AUGUSTUS / Die II Huius mensis coepi agere de rebus incorporalibus et maxime der servitutibus ad Titulum III Institutionum, quam materiam die XX absolvi. Reliquis huius mensis diebus egi de Usucapione et Donationibus. Nullam sectionem intermisi. / SEPTEMBRIS / Die XXX Augusti ad Titulum X Institutionum auspiciatus sum materiam testamentariam, quam absolvi die XVII huius mensis. Reliquis diebus ad Titulos IX priores libri tertii exposui, quomodo habet sese successio ab intestato Iure Civili veteri. / Die XXIII Habui disputationem inauguralem de Actionum cessione. Reliquis diebus omnibus legi. / Helmstadi die II Octobris MDCLIX. Henricus Binnius Doctor.</p>
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 2
Zeitraum	31.08.1658–22.12.1658
Text	<p>Ratio lectionum mearum Trimestrium Æ Festo Michaelis MDCLIX usque ad Festum Nativitatis anni eiusdem habitarum / OCTOBRIS / Postquam circa finem proxime elapsi mensis Septembris absolvi titulis IX. libri 3 Institutionum priores, quibus agitur de successione ab Intestato Iure Veteri, initio mensis Octobris et quidem die V. coepi ad hanc materiam interpretari Novembris IIâ™ % in qua agitur de Iure succedendi ab intestato novo, secundum ibi praepositos tres succedentium Ordines, Descendentium, Ascendentium et Collaterium, quibus adieci tres alios Ordines, qui Legis dicuntur, nimirum Coniugum, Fisci et Ecclesiae. Absolvi istam materim die XXIX huius mensis Propter Dicasterium Guelphicum die XXVII, XXIX, XXX et calendis Octobris non legi. Prioribus diebus nullam lectionem intermisi. / NOVEMBRIS / Die secundo huius mensis exorsussum, agere de Iure ad remissive de Obligationibus et primo egi de hisce in genere. Deinde de Eorum causis id est, de contractibus et quasi contractibus. Et hoc quidem mense absolvi contractus reales, verbales et literales, de singulis contractibus, singulariter agendo. In hoc mense propter negotia Academica duas lectiones intermisi, quas horis</p>

	<p>extraordinariis compensavi, testantibus Auditoribus / [v] / DECEMBRIS / Die secundo huius mensis incepti agere de contractibus consensualibus quam materiam absolvi die XIV huius mensis. Die XVI et reliquis egi de quasi contractibus et quomodo Obligationes iterum tolluntur. Quae omnia absolvi die XXI huius mensis et ita finem imposui libro tertio. Nullam lectionem in hoc mense intermisi. Die XXII Proposui disputationem publicam de Mortis causa Donationibus. / Datum Helmstadi die XXXI Decembris MDCLIX / Henricus Binnius Doctor</p>
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 3 f.
Zeitraum	03.01.1659–01.04.1659
Text	<p>Ratio Lectionum et Disputationum mearum a festo Nativitatis MDCLIX usque ad festum Paschae in Academia Iulia habitarum / Ianuarius / Finitis feriis, die III. Ianuarii ad Titulum VI Libri IV. Institutionum Imperialium auspiciatus sum insignem Iuris nostri materiam de Actionibus et proposui eam maxime quo ad Theoriam ex tractatu Bachovii de Actionibus quo ad praxin vero ex Oldendorpio et Schnedell / A dicto die II. usque ad diem XXII. huius mensis nullam lectionem intermisi / Propter dicasterium Guelphicum a die XXV. usque ad diem XXIX. legere non potui: quatuor autem illas lectiones priori septimana horis extraordinariis compensavi / [2v] / Februarius / Die primo huius mensis ad § XXIIIX. Tituli de Actionibus incepti agere de illa actionum divisione, qua dividuntur in Bonae fidei et stricti Iuris / A dicto die primo usque ad diem XXI. nullam lectionem intermisi. / Die XX. in gravem incidi morbum propter quem reliquis huius mensis diebus legere non potui. / Die XIX. publice disputavi de mortis causa donationibus / [3r] / Martius / Restitutus mediocri valetudini die XXI. publicos labores iterum sum aggressus et absolvi materiam de actionibus, egi quoque ad Titulum VII. quae in parentes, dominosve daris solent. / Finitis feriis, operam dabo, ut quae propter morbum sunt intermissa horis extraordinariis compensentur / Die primo Aprilis MDCLIX / Henricus Binnius Doctor</p>
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.2-3; 127-128
Zeitraum	12.04.1659–01.07.1659
Text	<p>Henrici Binni, D. Criminalium et Institutionum, Professor Publicus docuit a festo Paschae usque ad festum Iohannis Baptistae / MDCLIX / Mense Aprili / Peractis Paschalis feriis die XII huius mensis publicos iterum aggressus est labores, et quae in libro IV. Institutionum Imperialium tum adhuc restabant Titulos XI, XII, XIII, XIV. Satisfactionibus, de Perpetuis et temporalibus lectionibus item de Exceptionibus et Replicationibus publice proposuit. Propter negotia Academica, duas tantum lectiones intermissit. / Mense Maio / Die secundo Maii coepit agere ad Titulum XV de Interdictis / Quam materiam absolvit die XI huius mensis de poenae porro litigantium egit / die XIII et XIV ad Titulum XVI. de Officio iudicis docuit ad Titulum XVII / die XVI. et ita iuxta praescriptum Serenissimum intra annum proximum loco cum Deo ad finem iterum perduxit Collegium Institutionum Imperialium / Die XIX huius mensis novum auspiciatus est collegium Institutionum / Et primo et genere egit de studio Iuris recte / [v] / instituendo / Secundo de Requisitis idonei Auditoris / Tertio ex quibus fontibus studium illud recte petatur. Quae generalia cum fine huius mensis absolvit / Propter negotia Academia et Disputationes</p>

inaugurales, unam atque alteram lectionem intermisit, quas tamen diebus ferialibus compensavit, ut testabuntur Auditores. / Mense Iunio / Propter dicasterium Guelpicum die XXXI Maii, die I, II, III et IV huius mensis Iunii publice non docuit, qui autem diebus illis intermissa sunt propter illam absentiam domum reversus horis extraordinariis compensavit. / Die VI huius mensis coepit agere de Natura et Principiis Iurisprudentiae / Cuius materiae tractationem ad finem perduxit die XVII huius mensis. / Die XX usque ad finem huius mensis egit de divisione Personarum ex primo statu. Lectionem in hoc mense nullam intermisit. Et hoc hactenus in collegio Institutionum publico horis studio. / Horis porro successivis egit quoque de Iure Criminali diebus maxime ferialibus, Mercurii scilicet et Saturni; / et ad ductum Constitutionis Carolinae primum egit de Processu /5r/ Criminali, ubi initio quidem egit de Iudice causarum Criminalium quis et qualis ille esse debet. / Deinde visum fuit processus vel per Accusationem vel per Inquisitionem quam infertum [?] fundat denunciatio. Actum quoque fuit de Captura et quomodo illa recte fiat, nec non de ipso Carcere, et qualis ille esse debeat. Actum porro est, quomodo probetur delictum eius, qui jam est in carcere 1) per Confessionem propriam, 2.) per Testes, 3.) per Torturam, qua occasione actum quoque fuit de Tortura, eius Indiciis et Effectu, nec non qui torqueri possit vel non et quomodo. Tortura fiat iuxta Legum praecepta. / Scribebam ipsis Kalendis Iulii. MDCLIX / Henricus Binnius Doctor manu propria

Quelle

37 Alt 2492, fol.4-5

Zeitraum

01.07.1659–25.09.1659

Text

Anno MDCLIX / Iulius / Postquam die primo huius mensis absolvi primam personarum divisionem de statu primo, die IV. ad titulum IX. Institutionum coepi agere de Patria potestate, eiusque causis: scilicet de Nuptiis, de Legitimatione et Adoptionibus. / Quam materiam absolvi die XXVI huius mensis / Die XXIX. egi de modis, quibus Patria potestas solvitur et / die XXIX. de Tutelis in genere / Nullam lectionem hoc mense intermisi / Augustus / Die primo Augusti exorsus sum agere de Tutelis in specie ad Titulum XIII. / Quam materiam, ut et eam, quae est de Curatoribus nec non de Satisfactionibus et Excusationibus Tutorum et Curatorum, item de Suspectis Tutoribus et Curatoribus absolvi die XV huius mensis / Die XVI. incepti Librum secundum Institutionum et eam Rerum divisionem, qua dividuntur ita quod aliae sint in patrimonio; aliae vero extra patrimonium. / Die[bus] XIII et XIX. egi de Dominio, quid illud sit / [v] / et quotuplex, item quomodo et iure Naturali, seu Gentium, et Civili rerum Dominia acquiruntur / Die XXII et aliquot sequentibus ex Titulo 1 libri II, recensui modos, quibus Iure Naturali, sive per apprehensionem, sive per accessionem rerum Dominia nobis acquiruntur / Die[bus] XXVI, XXIX, et XXX egi de Rebus incorporalibus maxime autem de Servitutibus Titulo III, IV, et V / September / Die primo Septembris caepi agere de modis, quibus iure Civili rerum Dominia acquirimus et primo quidem egi de Usucapione Titulo VI / Die[bus] II et III. huius mensis Titulo VII. Donationem exposui tam simplicem, quam quae Mortis causa dicitur / Die V. egi de iure accrescendi / Die VI et aliquot sequentibus usque / Die XII exposui ad titulum IIX. qui possunt alienare vel non: / et die XIII. per quas personas cuique acquiritur Titulum IX / Die XV ad Titulum X. auspiciatus sum Testamentorum Materiam et primo egi de iis in genere / Die XVI. et aliquot sequentibus egi de

Quelle	<p>testamentis publicis atque privatis et quomodo haec sint vel solennia, vel minus solennia, seu privilegiata. Hinc actum fuit / 7r / I de Testamento parentum inter liberos, II De Testamento militum / III de Testamento rusticorum / IV de Testamento ad pias causas / V de Testamento tempore Pestis facto / Die XXV. et reliquis propter Dicasterium Gvelphicum non legi, / et haec sunt, quae publice docui hoc Trimestri horis statis, seu Ordinariis / Extraordinariis diebus, Mercurii scilicet et Saturni publice perrexi in collegio criminali et egi de poenis in genere tam Ordinariis, quam Extraordinariis: quomodo ratione Circumstantiarum interdum exasperandae / quomodo certas propter causas nonnunquam mitigandae / Egi quoque de earum executione et porro ostendi quae revera sunt Delicta publica, et ex quibus principiis tam varia sunt, tamque variae eorum poenae / Egi quoque in specie de crimine laesae maiestatis et de iis quae carnis vocantur / Veluti de Adulterio, de Stupro, de Fornicatione de Concubinato, de incestu atque Sodomia, nec non quae cuiuscunque Delicti, maxime quidem ex Constitutione Carolina hodie sit poena / Helmstadi die XXX Septembris 1659 / [mit anderer Hand] Henricus Binnius Doctor</p> <p>37 Alt 2492, fol. 6-7</p>
Zeitraum	30.09.1659–30.11.1659
Text	<p>Trimestre Brumale MDCLIX / Mensis Octobris / Postquam cum fine mensis Septembris absolvi libro secundo Institutionum materiam testamentariam, legatoriam, fideicommissorum etc initio mensis Octobris et quidem die tertio auspicatus sum Librum III Institutionum et coepi agere de insigni et in Foro valde frequenti materia successionum ab intestato. Et primo quidem ad Titulos IX priores egi de Iure veteri succedendi ab intestato, eiusque tribus ordinibus [?] Haeredum, suorum, Agnatorum et Cognatorum. Egi quoque de Titulo III et IV de duobus His Tertuliano et Orphitiano item de cognatione servitii, nec non de Veterum patronorum successione in bonis Libertorum. Quod vetus succedendi Ius cum fine huius mensis absolvi / November / Quia, vero illud Ius succedendi Vetus ut plurimum hodie ab usu recessit, in commodum Auditorum addidi Ius novum, quod hodie in foro observatur et continetur in Novella CXIIX. Ex qua exposui tres Succedentium Ordines ab intestato, qui Sanguinis vocantur, scilicet Descendentium, Ascendentium et Collateralium / et in tabella per [v] nomina ficta ad Oculos demonstravi, quomodo in Ius tribus ordinibus sibi invice iure legitimo succedunt. Egi quoque ex aliis Iuris fontibus de tribus aliis Succedentium Ordinibus, qui Legis appellantur, nimirum de successione (a) Coniugum, Fisci (b) et Ecclesiae (c) quam materiam absolvi die XXIX. huius mensis. [als Glosse folgendes vermerkt zu diesem Absatz:] a/ Tit. und. vir et Kfur, ff. [?] et C. item quomodo ex consuetudine et Iure valutorio [?] succedunt / b. Tit. d. Iur. Sic. in ff. un et Autom. Peregr. d. Iu. fisci / c. Franc. d. Barry tract. d. successionibus ab intest. C. ultim. / [Haupttext geht weiter:] / Decembris / Et ita Titulo X. Libro II Institutionum hactenus actum fuit de primo acquirendi modo per universitatem, qui Haereditas vocatur, et quomodo ea deferatur testamento et ab intestato. Quia vero sint et tres alii modi acquirendi per universitatem, Bonorum possessio, Arrogatio et Bonorum addictio egi quoque de his singulariter singulis ad Titulum X, XI, XII et XIII Finem huic materiae imposui die XXIII huius mensis Decembris / Appendix / Et haec quae recensui, publice</p>

docui trimestri proximo horis stasis, seu Ordinariis, diebus scilicet Lunae, Martis, Iovis et Veneris / Reliquis diebus, Mercuris et Saturni, quibus alios publice non legitur, sed publicae habentur disputationes extra [104r] ordinem perrexi in Collegio Criminali, et postquam superiori trimestri egi de Crimine, laesae Majestatis et delictis Carnis, Ulterius disserui, de reliquis delictorum publicorum speciebus, prout in Libro 1 ff de publ. zu [?] dic. ordine recensentur, veluti de homicidio simplici, eoque Doloso, Culposo, Casuali. Deinde egi de qualificato ratione ipsarum personarum et modis occidendi, de parricidio, de infanticidio, de assassinio, de veneficio. Disserui quoque hac occasione de homicidio voluntario, quod Graecis $\alpha\nu\tau\omicron\chi\epsilon\iota\lambda\alpha\theta\epsilon\rho$ item de Necessario, quo pertinet defensio necessaria et moderamen inculpatae tutelae / Disserui porro de Cotracirio [?], de Peculatu, de Ambitu de Residuis de Crimine Repetundarum et eo quod fraudatae annonae appellantur de Plagio, de hinovia [?], de Falso, de vi privata et publica / Denique egi de sortilegiis et maleficiis, de incantationibus et Daemonum praestigiis, prout de hisce delictis, quae generali vocabulo magiae veniunt, publice loqui fas fuit / Egi de singulorum delictorum Natura et poena ex Iure Digestorum et Codice maxime autem ex Constitutione Carolina [v] cuius textum tota [?] occasione exposui / Restant nuper Delicta privata, de quibus Deo volente, proxime. Signatum Helmstadti die XXX Decembris MDCLIX / Henricus Binnius Doctor 37 Alt 204, H.2, fol. 103

Quelle

Zeitraum

29.06.1660–22.09.1660

Text

Iulius [nachträglich zugefügt] MDCLX / Postquam die XXIX Iunii absolvi librum primum Institutionum Imperialium / die tertio Iulii auspicatus sum librum secundum et coepi agere de rerum divisione, et quomodo tam iure Naturali, quam Civili earum Dominia acquiruntur / quam materiam absolvi die XXXI huius mensis / Die XIV ad titulum I Libri II. disputavi publice ex Sudhuldio de eadem hac materia / die vero XXV de Servitutibus Realibus et personalibus ad titulos II, III, IV, et V. / Augustus / Die II Augusti auspicatus sum interpretationem tituli VI. de Usucapionibus, quam materiam absolvi die VII huius mensis / Die IX et aliquot sequentibus ad titulum VII egi de Donationibus tam mortis causa, quam inter vivos, ut ex de iis, quae propter Nuptias vocantur, legi quoque de dotalitio et sponsalitia largitate / [v] / Die XVI exposui titulum IX quibus alienare licet vel non / Die XVII docui, per quas personas cuique acquiritur titulum IX / Die XX huius mensis ad titulum X. libri II auspicatus sum Testamentorum materiam, quam cum fine huius mensis absolvi / Die IIX eiusdem ad titulos VI, VII, IIX et IX publice disputavi ex Sudhuldio de Usucapionibus et Donationibus et cetera / Die vero XXV de modo testandi et persona testantis / September / Die tertio huius mensis ad titulum XIII egi de exhaeredatione liberorum / die vero IV exposui titulum XIV de haeredibus instituendis / Die[bus] VI et VII ad titulos XV et XVI egi de Substitutionibus / Die X et XI ex titulo XVII proposui modos, quibus testaments infirmantur / Die XIII egi de inofficioso testamento et remediis quae / [8r] / dantur liberis exhaeredatis, vel iniuste prateritis / Die XIV et sequentes usque ad diem XXII egi de Legatis et fideicommissis, ut et de Codicillis ad titulos XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV, et XXV / Atque sic hoc trimestre absolvi integrum librum secundum Institutionum Imperialium / Propter disputationes inaugurales hoc mense habitas dissertationes Sudholdinas

Quelle	<p>publicas continuare non potui / quae autem eam ob causam neglecta sunt, ut sequenti trimestri compensentur, operam dabo / Reliquis diebus huius mensis propter Dicasterium Guelphicum non legi / Continuavi quoque hoc trimestri horis successivis in loco publico discursus iuris publici ad Beati Lampadii libellum de Republica Romano-Germanica / Henricus Binnius Doctor manu propria</p> <p>37 Alt 2493, fol.7-8</p>
Zeitraum	04.10.1660–17.12.1660
Text	<p>Mensis Octobris MDCLX / Cum fine praecedentis mensis Septembris absolvi librum secundum Institutionum Imperialium et horis succisivis discursus iuris publici ad Lampadii illud caput, ubi incipit Autor agere de summis Imperii nostri iudiciis / Die quarta huius mensis auspicatus sum librum tertium Institutionum, et primo egi ad titulos XIII priores de iure veteri succedendi ab intestato / Postea egi de iure novo, seu Iustiniano ex Novella CXIX quam iuxta tres ordines succedentium, scilicet Descendentium, Ascendentium et Collateralium ad caput illius Novellis I, II, III exposui / Qui ordines dicuntur sanguinis / Addidi postea tres alios ordines, qui iuris vocantur, nempe coniugum, Fisci et Ecclesiae / Quam insignem iuris nostri materiam succedendi ab intestato cum fine huius mensis absolvi / Disputavi hoc mense ex Sudholdio de Institutionibus et substitutionibus haeredum / Continuavi quoque horis successivis publicis discursus Iuris publici ad Lampadium de Republica Romano-Germanica / Novembris / Cum initio huius mensis auspicatus sum agere ad titulum XIV libri III de obligationibus, et / [v] / primo exposui divisionem qua obligatio dividitur in Naturalem, Civilem et mixtum / deinde ostendi fontes, ex quibus obligationes efficaces oriuntur, scilicet ex contractibus, quasi contractibus et ex variis causarum figuris libri 1 et sequentibus de obligatione et actione / Tertio secundum doctrinam Petri Nicolai Mozzii tractatus de contractu egi de contractibus singulis in specie et (1) de realibus (2) de verbalibus (3) de iis qui dicuntur constare literis et (4) qui consensuales vocantur / In qua contractuum expositione secutus Mozzium primo ostendi cuiusque contractus substantiale, Secundo Naturale, Tertio Accidentale, Quarto Praestationes, et quinto Actionem, quae ex quolibet contractu etiam utrinque datur / materiam hanc contractuum hoc mense dicta methodo paucis in mensem sequentem Decembrem reiectis absolvi, ut et ea qua restabant in discursibus Iuris publici ad Lampadium / Decembris / In fine praecedentis mensis restabant quaedam dicenda de contractibus consensualibus, illa, ea qua dixi methodo absolvi die XIV huius mensis / Die XVII coepi agere ad titulum XXIX nostrarum Institutionum de obligationibus, quae ex quasicontractu oriuntur, quos quasi contractus itidem ordine exposui ad dictum titulum XXIX / Denique titulum XXX / [10r] / et finem exposui modos, quibus solvitur obligatio, scilicet solutione, acceptilatione simplici et Aquiliana, item novatione et contrario sensu quibus ex Hermanno Vulteio addidi et alios modos videlicet compensationem, confusionem hereditatis oblationem et redditionem Chirographi et cetera / Non temere hoc trimestri lectionem publicam intermisi, et si qua forte vel propter negotia Academica, vel ob aliud quoddam impedimentum grave intermissum sit, eam horis et diebus extraordinariis compensavi, uti testabuntur Auditores / Scribebam Helmstadi die XXXI Mensis Decembris MDCLX / Henricus Binnius Doctor</p>

CPH: Heinrich Binnius

H E R Z O G
A U G U S T
B I B L I O
T H E K

Quelle 37 Alt 2493, fol.9-10

Zitierhinweis

Prof. Heinrich Binnius. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-15-binnius> [06.07.2026]